



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

11. De dignitate & officio Sacerdotum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

MEDITATIONES

De Sacerdotum dignitate, &
virtutibus.

MEDITATIO I.

De dignitate Sacerdotum generatim.

CONSIDERA quam præclara nomi-
na à S. Scripturis, & SS. Patribus Sa- 1.
cerdotibus tribuantur: Vocantur enim:
1. Angeli Malach. 2. *Labia Sacerdotis custo-
diant scientiã, & legem requirent ex ore eius,
quia angelus Domini exercituum est.* 2. Vica-
rii Christi. Luc. 10. *Qui vos audit, me audit;
qui vos spernit, me spernit.* 3. Sol terræ, lux
mûdi, & lucernæ super candelabra posite.
Matth. 5. 4. pastores, doctores, & dispen-
satores mysteriorum Dei Ioan. 10. & 21.
Eph. 4. 1. Cor. 4. 5. Episcopi, Pontifices &
Præpositi. 1. Tim. 3. Tit 1. Heb. 5. 13. 6 me-
diatores inter Deũ & homines, clauigeri
cæli, cubicularii Christi, principes populi,
primitiæ Domini, primogeniti Israel. |

CONSIDERA quanto honore affecti 2.
fuerint, tum in veteri, tum in nouo testa-
mento, imò etiam apud gentiles. Nam in
veteri

veteri hæreditatem non habuerunt inter
 cæteros Iudæos, vt est Num. 18 sed Domi-
 nus erat hæreditas eorum. In nouo quoq;
 ex redditibus Ecclesiis vel cænobiis pie
 oblati vitam traducunt, ideo clerici dicti,
 quia in sorte Domini vocati sint, vel quia
 pars Domini, & ideo singulari quodam ri-
 tu à solis Episcopis ad hunc gradum Deo
 consecrantur. Sed nec vllus sibi hunc ho-
 norem assumere potest, nisi vocatus sit à
 Deo tanquã Aaron. Heb. 4. Deinde: Con-
 stantinus Imperator tantopere eos vene-
 ratus est, vt dixerit. Si Sacerdotem viderẽ
 peccãtem cum scemina, pallio meo cõte-
 gerẽ S. Martinus Episcopus Turon. pran-
 dẽs cum Cæsare, prius socio suo, quod ef-
 set sacerdos, poculum porrexit, quã Cæ-
 sari. B. Ambrosius dicit regũ ac Principũ
 colla genibus submitti sacerdotum, eosq;
 osculata eorũ dextera credere se eorũ ora-
 tionib. adiuuari. B. Gelasius Papa in epist.
 ad Anastasium Imperatorem. Duo sunt,
 inquit, Imperator, quib⁹ principaliter hic
 mundus regitur. Auctoritas sacra Pontifi-
 cum, & Regalis potestas, in quibus tanto
 grauius est pondus sacerdotum, quãto et-
 iam pro ipsiis regibus hominum in diuino
 examine sunt reddituri rationem.

Sulpit
in vi-
 6.

7.
 1. c.
 2.

SACRO SACERDOTIO. 511

Considera, sanctissimos quosque ob summam eius dignitatem refugisse sacerdotium, ut S. Antonium, S. Pachomium, S. Benedictum, & S. Franciscum, cui heretico, an fieri deberet sacerdos, cum esset diaconus, in via occurrit angelus, gestans vitrum pellucidum clarissimo liquore plenum, dixitque sacerdotis animam simile esse debere illi liquori. Vnde ille sacerdos fieri noluit, quia tantam suę animę puritatem esse non putavit. Multi quoque sancti & ætate prouecti eremitę monasteria deseruere, ne ad sacerdotium prouerterentur: alij verò iam ad illud prouecti, vel etiam ad Episcopatum, in remotas terras abierunt, ne agnoscerentur, ut Ioãnes Silentarius, & alij S. Marcus quoque dicitur sibi abscidisse pollicem, ne fieret sacerdos, & S. Ammonius aures, ne fieret Episcopus.

MEDITATIO II.

*De causa dignitatis Sacerdotum
nouę legis.*

Considera dignitatem sacerdotum nouę legis, sumi ex duplici potestate illis collata, ordinis & iurisdictionis. Ratione ordinis possunt cōsecrare corpus & sanguinem

nem Domini: ratione Iurisdictionis possunt homines absolvere à peccatis, & Ecclesiam gubernare. 2. expende quam admiranda sit illa potestas consecrandi. Magnum beneficium credimus præstitum fuisse, quod imperio suo fecerit sistere so-

Ios. 10. lem, *obediēte Domino*, vt loquitur Scriptura, *voci hominis*, sed multo maius præstitum est cuique sacerdoti. Ille enim fecit stare solem, vbi ante erat, at sacerdos sistit Christum in coelo existentem, vbi ante non erat, id est, in altari. illi creatura obediuit, huic creator: illi sol semel loquēti obediuit, huic Deus, quoties verba consecrationis eloquitur, obedit. Quis sacerdos tam stupidus est, qui considerans tam stupendam Christi erga se obedientiam, summum Regis ad subditum, Dei ad creaturam, non vicissim libenter obtemperet Dei mandatis? Quis cum B. Iohanne Baptista non dicat: *Ego à te debui baptizari*, tibi debui

Matt. 3. obedire, & tu venis ad me, tu mihi obedis?

2. CONSIDERA honorem qui ante incarnationem datus est angelis, vt in persona Dei dicerent. *Ego sum Deus Abraham,*

Exo. 3. *Deus Isaac, Deus Iacob*, nunc deferri omnibus sacerdotibus, qui apud Malachiam etiam vocaturus angelus. Nam non in persona

Altor. 7. sua,

SAC
sua, se
Eucha
calix sa
Christi
cogit
ducere
impud
sanctiu
cato &
cem, se
attiger
quas sp
longa i
sit san
non iam
riofus
C
ti acce
nis cum
quasi p
perem
solius
gratia
ea dim
ferit, d
ille lig
liquet
de duri

sua, sed Christi dicunt in consecratione Eucharistiae. *Hoc est corpus meum. Hic est calix sanguinis mei.* unde sunt quasi Vicarii Christi & quasi Christus ipse. Quod qui cogitat, quomodo non potest non vitam ducere sanctissimam, ab omnibus sordibus impudicitiae alienam? Quid enim Christo sanctius? Quae conuentio Christi cum peccato & Belial? 2. considera, praesepe, crucem, sepulcrum, domum Bethlechem, quia attigerunt Christum, res sanctas haberi, ad quas spectandas, tangendasque homines longa itinera conficiunt, cur ergo non sit sanctus sacerdos, ad quem Christus non iam mortalis, sed immortalis & gloriosus quotidie diuertit?

Confidera, quanta dignitas sacerdoti accedat ratione potestatis & iurisdictionis cum priori coniunctae, nempe ut parae quasi potestatem cum Deo obtineat, nempe remittendi peccata & ligandi. Dei enim solius est remittere peccata, & infundere gratiam, & tamen tam efficax ei potestas dimittendi data est, ut quae ipse dimiserit, dimissa etiam sint in caelis, & quae ille ligauerit, ligata sint etiam in caelis. ut liquet ex cap. 16. & 18. Matthaei. Ac proinde dum confitentes absoluit, diserte dicit.

K k

Ego

Ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis in nomine patris, & filii, & Spiritus Sancti. Vnde sequitur eius linguam esse clauem, qua clauditur infernus & coelum aperitur. 2. considera eundem sacerdotem esse constitutum mediatorum & sequestrum inter Deum & homines ut sacrificia offerat pro hominum peccatis, ut precibus suis iram Dei auertrat, ut verbo & exemplo oues sibi subiectas pascat, & animam suam pro salute earum curanda ponat, cum obligatione rationem reddendi in die iudicii, si vel vna earum peccet. Vnde fit, ut cum in Ecclesiam ab omnibus conuenitur, toto populo in genua procumbente solus sacerdos erectus stet ad altare, velut pro toto populo vnus decertans. Quis vero tam ingratus sit, ut considerans in quam sublimi gradu a Deo sit collocatus, adhuc se abiiciat in litem peccatorum, & fiat sacerdos, sicut populus.

MEDITATIO III.

De virtutibus, quas inesse sacerdoti vult

Apostolus Paulus, 1. Tim. 3. & Tit.

1. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, &c.

CONSIDERANOMINE Episcopi intelligi sacerdotem, maximè Curatum, vel qui

SACRO SACERDOTIO. 513

qui aliorum curam gerit. Episcopus enim
græcè, latinè idem est, quod superintenden-
dens, itaque possunt eo nomine quoque
intelligi confessarii, & concionatores,
quorū est saluti aliorū promouēdæ incū-
bere. 2. considera has virtutes requiri à B.
Paulo in sacerdote. 1. ut sit sobrius, in po-
tu. 2. prudens prudentia spirituali, & mo-
deratus, ne manus cito imponat ordinan-
dis vel Ecclesiæ dignitate ordinandis, alio-
quin enim communicabit peccatis alie-
nis. 1. Tim. 5. 3. ornatus, id est modestus
in habitu & incessu. 4. pudicus in verbis
& factis. 5. benignus & mansuetus. 6. iu-
stus. 7. sanctus. 8. modestus, non turbu-
lens. 9. hospitalis. 10. amplectens fide-
lem sermonem, i. e. zelosus in fide catho-
lica. 11. Doctus, & aptus ad docendum, ut
potens sit eos qui contradicunt coargue-
re. 12. continens ab uxore, si quam forte
ante ordines duxit. 13. suæ domui bene
præpositus. Si quis enim domesticorum
curam non habet, est infideli deterior. 1.
Timoth. 5.

CONSIDERA, Apostolum item velle
Primò, ut sacerdos non sit superbus. 2. non
iracundus. 3. non litigiosus. 4. non percus-
sor, vel manu, vel lingua, id est, detractor

Kk 2 & ca-

& calumniator. 5. non violentus. 6. non turpis lucri cupidus, nec avarus. 7. irreprehensibilis, id est, quē nemo iure queat reprehendere, qui que nullam det occasionem iustæ querelæ, vel etiam qui nullus mali sibi sit conscius. 8. ut sit vnus vxoris vir, hoc est, qui defuncta vxore priori non duxerit secundam, vel qui plures simul vxores non habeat.

3. Considera ideo tantam perfectionem ab Apostolo exigi in sacerdote, quia, ut omnes Patres docent, quod quis est sublimioris status & ordinis, hoc ad ampliore[m] virtutum perfectionem tenetur, secundum illud Luc. 12. *Cui plus datum est, plus exigitur ab illo* & Sap. 6. *Iudicium duplum in his qui præsunt fiet. & potentes patienter tormenta patientur.* & S. Gregorius. Sicut Prælati, inquit, & tot coronas sibi multiplicat, quot Deo animas lucrificat, sic si peruersa perpetrat, tot mortibus dignus est, quot ad subditos suæ perditionis exempla transmittit, 1. Considera sacerdotem debere esse omnium virtutum, maxime autem fidei, spei, caritatis in Deum & proximum, humilitatis, pietatis & castitatis, speculum & exemplar: si enim lux est mundi & lucerna super candelabrum posita, de-

3. p.
past.
admon

5.

Matt.

5.

ta, de-

SA
ta, deb
plaris
bet on
uare
lium,
imiten
M
De pr
CO
C del
sine qu
stantif
lut Ma
dei art
reticos
& arde
stendi
carnis
ea san
pastor
in vera
ait Ma
gem D
hoc p
10. vb
præliu

DE

SACRO SACERDOTIO. 517

ta, debet luce doctrinæ suæ, & vitæ exemplaris illustrare omnes: si sal est terræ, debet omnes à corruptione peccati conseruare, si pater & magister omnium fidelium, debet in se ostendere, quod omnes imitentur.

MEDITATIO IV.

De præstantia fidei & spei in sacerdote.

CONSIDERA, sacerdotem imprimis 1.
debere esse in fide Catholica Romana, sine qua impossibile est placere Deo, constantissimum & certissimum, quia eius uelut Magistri & Pastoris est populum in fidei articulis instruere, eandem contra hereticos, hoc tempore maximè, diligenter & ardentè defendere, modum item resistendi tentationibus dæmonis, mundi & carnis tradere, imò si necesse sit etiam pro ea sanguinem profunderè. Bonus enim pastor animam suam dat pro ouibus suis, in uera fide conseruandis. *Labia sacerdotis, Ioan. 10.*
ait Malachias, *custodient scientiam, & legem Dei requirent, ex ore eius. 2.* considera, *Mal. 2.*
hoc præfiguratum in ueteri lege Numer. 2.
10. ubi iussi sunt sacerdotes, dum iniretur prælium, inflare tubas, ut earum clangore

Kk 3 remi-

re miles redderetur animosior. Cum autem bella spiritualia periculosiora sint & crebriora, quam illa corporalia, ardentius sanè & frequentius tuba oris sacerdoti inflanda est pro fide & sanctis moribus per conciones & exhortationes. *Victoria enim qua vincit mundum*, secundum B. Iohannem, *est fides nostra*. Et Diuus Paulus in epistola ad Hebræos omnia fortia veterum Patrum facta tribuit eximia eorum fidei.

Heb.
11.

8. Considera non solum fidem, quam credimus omnia, quæ Ecclesia Romana credenda proponit, excellentem debere esse in eo, sed etiam spem, vel fiduciam, qua omnia possibiliter redduntur credenda ita ut etiam montes queat transferre, ut ait

Marc.
8.
Luci 7.
Iacobi.

CHRISTVS apud Marcum & Lucam, & Iacobus autem vult illam fiduciam debere esse firmissimam non hæsitantem, *Qui enim hæsitat, supple, se impetraturum quæ à Deo petit, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circumfertur: nec a firmo homo ille quod accipiat aliquid à Domino*. Vnde Christus fere omnia miracula illius firmæ fiduciæ adscribit. *Fiat, inquit, tibi sicut credidisti, vel fiat secundum fiduciam tuam, a. perpende rationem huius esse,*

Marc.
8. & 9.

Meditationes
de
B. Iohanne

SAC
quia fac
& vitam
possit pe
tanquam
nes est
genua r
litat, q
pro aliis
te quia
ad thro
cordia
Con
re quoc
Theolo
conian
attēder
lectioni
enim fa
tenuer
fidei C
tradit
vult on
omni p
to mag
rum su
turpiu
se resp
la, vo

quia sacerdotis maxime est orare pro aliis, & vitam piam, sanctamque instituire, ut possit petita impetrare, quia ad hoc à Deo, tanquam mediator inter Deum & homines est constitutus Heb. 5. Vnde & aliis ingenua ruētibus tempore Missæ solus ipse stat, quasi integritate vitæ fretus audeat pro aliis metu consternatis orare, vel certe quia hortatur Apostolus, ut cū fiducia ad thronū gratiæ adeamus, quo misericordiam consequamur. Heb. 4.

Considera eum fidei debere habere 3. re quoque diuinæ Scripturæ, rerumque Theologicarum pro officij magnitudine conianctam scientiam & sapientiam, & attendere, ut Apostolus monet Timotheū, 1. Tim. 3. *lectioni, exhortationi doctrina.* Quilibet 4. enim sacerdos curam habens animarum, tenetur exponere Euāgelium, catechesin fidei Christianæ tradere, & eos qui contradicunt redarguere. Si enim S. Petrus 1. Pet. 3. *vult omnes esse paratos ad satisfactionem 3. omni poscenti de fide, quæ in ipsis est: quanto magis debēt esse sacerdotes, quia aliorum sunt Magistri & Doctores? Quid turpius est, quam sacerdotem non posse respondere alicui garrulæ mulierculæ, vel proteruo adolescentulo hæretico.*

Kk 4 obie-

obiectanti, ut hoc tempore fit, scripturæ testimonia? Vnde Chrysoſtomus ſcribit ſacerdotē in omnibus debere eſſe ſapientiſſimum, & mille inſtructum oculis, ut non ſolum ſibi ſed etiam toti populo ſeruiat. Deus verò apud Oſee prophetā cominatur repellam a dignitate ſacerdotii

Oſe. 4. imperitis. *Quia*, inquit, *tu ſcientiam repulſiſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi.* & B. Paulus, *Qui autem ignorat*, nempe ea quæ ſcire tenetur, *ignorabitur*. nempe in die iudicii, cum dicetur. *Nescio vos.*

1. Cor. 14.

MEDITATIO V.

De caritate, qua flagrare debet ſacerdos.

I. CONSIDERA ſacerdotem nulla magis virtute, quā caritate debere flagrare, tū quia fides, ſpes, aliæque virtutes omnes, teſte Apoſtolo, ſine illa nihil profunt; tum quia officium ſacerdotis vel paſtoris, tā ratione poteſtatis, ordinis, ut dignè conficiat & adminiſtret ſacramenta, quam iuriſdictionis, quatenus curam animarum habet, id omnino poſtulet. nota typum huius geſſiſſe veteris teſtamenti ſacerdotes, quorum functio erat igne ſacrificii

Leu. 6. crū quotidie in altari fouere. *Quid enim* aliud

aliud ignis ille designabat nisi sacram Eucharistiam, Deum & hominem in se sub specie panis & vini continerem? *Deus autem ignis consumens est*, quem sacerdotes nostri non solum quotidie conseruat, sed etiam conficiunt. Deinde vestiti esse debebant cocco bis tineto, vt indicaretur sacerdotē debere duplici caritate flagrare, in Deum scilicet, & proximum.

Deut.
4.

CONSIDERA, Christum sacerdotum secundum ordinem Melchisedech principem, cuius vices obeunt omnes sacerdotes nostri in consecrādo corpore, vt diximus, Christi, dum aiunt, *Hoc est corpus meum*, maxime declarasse caritatē erga nos cum instituit Apostolos in sacerdotes Nam B. Ioānes de extrema ccena acturus præmittit, quod *in finem dilexerit illos*. Deinde ex mero in eos amore instituit Eucharistiā, id est, excogitavit modum, quo perpetuo nobiscum realiter maneret. Adhæc longum habuit sermonem de nouo mādato caritatis. Postremo, ex nimio amore sanguinē suum pro nobis profudit *Maiorem enim caritatem nemo habet*, inquit ipse, *quam si animam quis ponat pro amicis suis*.

Psal.
109.

Ioa. 13.

Ioa. 15.

CONSIDERA, quod Christus institutus principem Sacerdotum & Pastorū

Ioa. 21.

Kk 5 Petrum

Petrum, de caritatē tantum, cum percun-
ctatus est. *Simon diligis me plus his.* Et ille
tandem respondit. *Domine, tu scis, quia
amo te.* Christus vero Pasce ergo oues me-
as, indicās ad pascēdas doctrina & exēplo
oues, & ad gubernandā Ecclesiā, maxime
opus esse ardenti caritate in Deū, & proxi-

Lis. 15. mum. Vere siquidem pastoris est, ouē per-
ditā requirere, & inuentā relictis licet 99
ouibus, humeris sublatam in ouile porta-
Io. 10. re. Eiusdē est adueniente lupo, & persecu-
tione exorta, nō cum mercenario, qui nō
est pastor, fugere, sed animam ponere pro
ouibus. Eius est cognoscere omnes oues,
easq; exemplo vitæ sanctæ præcedere, ef-
ficereq; vt se suamque doctrinam & vitā
sequantur, q̄ non facile impetrabit, nisi
multis beneficiis, & amoris indiciis eas si-
bi deuinciat, ac tandem claue sua cœlesti,
quam accepit, regnū cœlorū illis aperiat.

MEDITATIO VI

De humilitate sacerdoti necessaria.

1. **C**ONSIDERA humilitatem esse omnium
Rom. virtutum fundamentum, ac imprimis
38. ad teste Chrylostomo, officii sacerdotalis, &
pop. ideo ea quoque excellere debere sacerdo-
tes. Vt

DE

SACRO SACERDOTIO. 523

tes. Vt enim quo domus altius ædificatur, hoc profundius requirit fundamētum, & arbor, quo ramos altius educit, hoc profundius agit radices, & quo fructibus onustior est, hoc magis se in terram inclinatur; sic quo sublimior est sacerdotis dignitas, hoc maior debet esse eius humilitas, iuxta illud Sapiētis. *Quanto magnus es, humilitate in omnibus.* 2. perpende esse & custodem omnium virtutum, vt vult B Hieronymus, & S. August. *Qui enim sine humilitate inquit B. Gregorius, hom. 6. in Euāg. virtutes congregat quasi puterem in ventum portat.* Cōseruat autem eas, tum quia sicut qui iacet, non habet vnde cadat, sic humilis non facile labitur in peccatum, tum quia sicut ignis sub cinere, & fructus sub foliis, ita virtutes sub humilitatis opculo & absconduntur & facilius conseruantur.

Ecc. 3.
Ep. ad
Celat.
A. ep.
50.

Confidera seruos Dei humilitate magna præditos, maxime fuisse a Deo laudatos & exaltatos. Abraham qui puluerē & cinerem se vocabat, Pater omnium fidei factus est. Dauid qui pulicem, vir secundum cor Dei S. Ioannes qui indignū se faciebat vt solueret corrigiā Christi, dignus redditus est, qui Christum baptizaret, & digni-

Gen.
18.
I Reg.
24.
Matt.
digi.

ercun-
Etille
ia, quia
tes me-
exēplo
maxime
z proxi-
uē per-
icet 99.
e porta-
persecu-
qui nō
ere pro
es oues,
ere, ef-
& vitā
dit, nisi
is eas fi-
celesti,
aperiat.
I.
aria.
minium
primis
ralis, &
acerdo-
tes. Vt

- digito monstrare. S. Petrus, cum Domino diceret. *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.* audiit statim ab eo *Ex hoc eris homines capiens; & postea factus est caput totius Ecclesiæ, & clauiger regni cœlorum.* Centurio, dicens *Non sum dignus, ut intres sub tectum meum,* audiit à Christo. *Non inueni tantam fidem in Israel.* B. Virgo ex humilitate se vocans ancillam Domini, meruit fieri mater Dei.
2. perpende & Christum summum sacerdotem hanc virtutem imprimis Apostolis commendasse, dum diceret. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Et rursus. *Si quis inter vos vult primus esse, sit omnium nouissimus.* Atque etiam, cum eos sacerdotes facturus esset, exercuisse, cum lauit eorum pedes, & dixit. *Si ego laui pedes Vestros Dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes.*
3. CONSIDERA, cum sacerdotum proprium officiũ sit deprecari & sacrificia offerre pro populo, nihil æquẽ iuuare ad reconciliandum Deum & impetrãdam gratiã, ac humilitatem precibus coniunctã.
- Is. ult. *Ad quẽ enim respiciã,* ait Deus apud Isaiã, *nisi ad humilem & pauperculum.* Et Dauid.
- Pf. 50. *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.*

spicies. Et Iesus Syrach Oratio humiliantis *Ecc 33.*
se penetrat nubes. Et S. Iudith Humiliū, in- *Iud. 9.*
quit, & mansuetorum semper tibi placuit de-
precatio. B Iacobus & Petrus Deus superbis *Iac 3.*
resistit, humilibus autem dat gratiam. Vnde *Iosu. 7.*
losue cum in terram se prostrauisset, Deū *2. Reg.*
mox sibi propitiū reddidit. Et Dauid cum *12.*
humiliter peccatum suum confessus es-
set, ilico à Propheta audit. Dominus quoq;
transulit peccatum tuum. 2. nota, nihil æ-
què valere ad vincendas tentationes dæ-
monis ac humilitatem. cū us ratio est,
quia ille ob superbiam æterna felicitate
excidit. Vnde S. Antonius, cū videret mū-
dum plenum laqueis, responsum accepit
à Deo omnes euadi sola humilitate. Qua-
re nihil æquè valet ad promerendū regnū
cælorum ac humilitas. Beati, inquit Chri- *Mat. 5.*
stus, pauperes spiritu, id est humiles, quoniā *& 18.*
ipsorū est regnū cælorum. Et Nisi efficiamini
sicut paruuli, non intrabitis in regnum cæ- *Luc. 4.*
lorum. Et rursus, Qui se humiliat exaltabitur
Que sētentia ter repetita est in Euāgelio,
MEDITATIO VII
De castitate sacerdotibus necessaria.
CONSIDERA si veteris testamenti sa- *15.*
 cerdotes toto tempore quo ministra-
 bant

DE
 Domi-
 ia homo
 Ex hoc
 actus est
 er regni
 a sum di-
 audiit à
 in Isra-
 cans an-
 ter Dei.
 m sacer-
 postolis
 ite à me,
 t rursus.
 omnium
 sacerdo-
 lauit eo-
 es & strus
 alter al-
 um pro-
 ificia ef-
 re ad re-
 lam gra-
 niunclā.
 ud Isaiā,
 t Dauid.
 s non de-
 ficiunt.

- 1. Par.* 24. bant tabernaculo à domo & vxore abesse tenebantur (ministrabant enim per vices) quanto magis noui testamenti sacerdotes, qui non per vices, sed semper ministrant, debent à coniugio & omni cōsuetudine fœminarum abstinere. Deinde sicut
- 1. Reg.* 21. Abimelech sacerdos noluit David famelicum dare panes propositionis comedēdos, nisi prius intellexisset eū ab vxore aliquādiu se continuisse, si idem populo faciendum fuit, cū esset legē à Deo accepturus,
- Exod.* 19. quanto magis cōuenit sacerdotes nostros ab omni fœminarū contubernio alienos esse, quibus quotidie in sacrificio Missæ corpus Domini per panes propositionis præfiguratum, non solum sumendum, sed
- 2. Cor.* 7. etiam conficiendum manibusque tractandum est. Considera, D. Paulum docere eos qui vxorem habent sollicitos esse quæ sunt mundi, vt placeant vxori, & esse diuisos, id est, in multas sollicitudinum partes vt exponit Hieronymus distractos; qui autem non habent, cogitare quæ Domini sunt, vt sint sancti corpore & spiritu. consequens est sacerdotes minimè fœminis adhærere debere, vt cogitent quæ Domini sunt.

a. CONSIDERA puritatem animi & corporis

poris, non solum à diuinis Scripturis, sed etiam ab omnibus Conciliis, summis Pontificibus, omnibusque Patribus & Doctoribus, quotquot in Ecclesia hæcenus fuerunt, eamque non vulgarem, sed singularem & eximiam in sacerdotibus postulari idque multis de causis. I. quia sanctissimum Missæ sacrificium quo nihil augustius, crebrius peragere, in eoque purissimum Domini corpus ore suo consecrare, & manibus tractare, aliisque porrigere debent. 2. quia assidue orationibus, ut sacerdotum horarum lectioni, & diuini officii decantationi, quæ mentem puram, tranquillam & in Deum eleuatam requirunt, vacare tenentur. 3. quia prædicatione, & sanctæ vitæ exemplo plebem ad omnem virtutem, earundemque perfectionem iustificare. 4. quia magnam partem temporis impendere quibus suis, vel subditis erudiendis, & in viam, dum à via aberrant, reducendis, ac si ægri sint, inuisendis, solandis & pascendis, pauperibus item iuuantibus, peregrinis recipiendis, sacramentis variis administrandis: quæ omnia sanè requirunt hominẽ non solũ ab vxore & liberis, sed etiã omnium negotiorum secularium cura liberrimũ. Vnde Apost. *Nemo, inquit,*

2. *Tim* quit, *militans Deo, implicans se negotiis secularibus.*

3. **C**ONSIDERA sacerdotem, si castitatem inuiolatam non seruet, multo grauius peccare, quam peccent in eodem genere homines seculares. Primo, quia sacrilegiū committit. *Si quis templum Dei uolauerit, inquit Apostolus, disperdet illum Deus,* at quis templum Dei sanctum, & Deo consecratum proprie est nisi sacerdos, toties per varios ordines inunctus, & vices Dei & angelorum subiens? 2. quia violat votum castitatis ipsa ordinis susceptione tertio factum. 3. quia summo scādalo est bonis & malis, imò. & vilissimis hominibus: quod scandalum tantum hoc saeculo est, vt causam dederit tot haeresibus. 4. quia si in statu huius peccati celebret, aliaque sacramenta administret, Christū crucifigit, Christo in faciem spuit, Christum cum Iuda prodit, imò pedibus conculcat, & in cloacam proiicit. Quid enim aliud est os sacerdotis impudici vel concubinarij, quid aliud eius anima vel cor, quam cloaca foetidissima? Quid est margaritas proiicere ante porcos, si hoc non est? hoc est, cum impudicus sacerdos audeat celebrare,

MEDI.

MEDITATIO VIII.

De frequentanda celebratione

Misse.

CONSIDERA, Sacerdotē ex vi sui officii & muneris accepisse onus intercedendi pro populo ad Deum, & offerendi dona, vt loquitur Apostolus, & sacrificia *Heb. t.* pro peccatis suis & aliorum, cum & ipse circumdatus sit infirmitate; cum ergo crebrius, imò quotidie ipse cum aliis peccet, conuenit etiam vt quotidie sacrificet. 2. considera Christum in extrema cœna precepisse, vt sacrificium hoc Apostoli peragerent in sui commemorationē; cum ergo salutare sit crebrius renouare memoriā passionis, salutare quoque erit crebrius sacrum facere. Imò in Dominica oratione omnes fideles, docuit quotidianum panē, *Lib. 2.* nempe Eucharistiæ postulare. *Si autem, de ser. quotidianus est panis, inquit B. Augustinus, in mō- cur de die in diem transfertur, cur non acci- te pitur quotidie, qui prodest quotidie? Cœlestis Amb. est medicina, ait Ambrosius; de beo igitur l. 4. de semper accipere, qui semper pecco, & medici- Sacr: 6: na indigeo. 6.*

Considera exempla Sanctorum, nam 2.
 Ll quoti-

DE
 tiis secu-
 castita-
 o graui-
 m gene-
 ia sacri-
 Dei vio-
 det illum
 um, &
 si sacer-
 ctus, &
 ? 2. quia
 is susce-
 mo scā-
 ilissimis
 rum hoc
 harefib-
 elebrer,
 Christū
 r, Chri-
 us con-
 id enim
 vel con-
 el cor,
 elt mar-
 oc non
 rdos au-
 MEDI.

quotidie se immolare immaculatum huiusmodi agnum confessi sunt. S. Andreas Apostolus, S. Ignatius, S. Cyprianus, S. Ambrosius, S. Chrysostomus, S. Augustinus AcS, Gregorius refert in S. Cassio Narniensi Episcopo

hom. 38. morem quotidie celebranti diuinitus approbatum his verbis. *Age quod agis, non*

Orat. *cesset pes tuus, non cesset manus tua.* Hippolytus martyr, ait in die iudicij iudicem, *Ve-*

de con- *sum.* *nite benedicti,* dicturum sacerdotibus, qui quotidie pretiosum corpus & sanguinem immolarint Siricius & Innocentius I. Pontifices hac ratione suadent perpetuam continentiam sacerdotibus seruandam, eo quod quotidie Deo sacrificia offerant. Primi denique Christiani, ut est in Actis Apostol.

Act. 2 quotidie perseuerarunt in fractione panis quod aliquot seculis obseruatum est in multis locis: erant ergo qui frangerent quotidie.

3. Considera, quanto fructus spirituali priuet Ecclesiam sacerdos, si negligat crebrius, dum potest, celebrare. Sacerdos, inquit Venerabilis Beda, *non legitime impeditur celebrare omittens, quantum in eo est, priuat sanctam Trinitatem laude & gloria, angelos letitia, peccatores venia, iustos subsidio & gratia, in purgatorio existentes refrig-*

7162

DE SACRO SACERDOTIO. 531

rio, Ecclesiam spirituali Christi beneficio. Et
suis medicina & remedio. 2. expendat,
quanto fructu spirituali priuet se, Qui e-
nim sæpe celebrat, sæpe examinare con-
scientiam solet, de peccatis dolere, eadem
confiteri, propositum melioris vitæ facere,
satisfactionem peragere, summo religio-
nis cultu per preces & sacrificia Deum af-
ficere, mentem in Deum eleuare, populum
ad rem diuinam audiendam allicere, vitam
tali officio conuenientem instituire, & o-
mnes homines suo exemplo ædificare ac
denique maiorem apud Deum gratiam, &
ampliorum tot bonorum operum merce-
dem promereri.

GREGORIUS XIII. PON-
tifex concessit cuilibet Sacerdoti di-
centi ante celebrationem Missæ, qua
sequuntur, 50. annorum indulgentiam.

Ego volo celebrare Missam, & conficere cor-
pus & sanguinem Domini nostri IESU
CHRISTI iuxta ritum S. Romanæ Eccle-
siæ ad laudem omnipotentis Dei, totiusq; curiæ
triumphantis, ad utilitatem meam, totiusq;
curiæ militantis, pro omnibus qui se commen-
dant